



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

LVII. Die Aebte von Pforte, Lehnin und Buch transsumiren eine Bulle des Papstes Gregor IX. vom Januar 1228 über die Nichtberechtigung der Pfarrer von Zuwendungen ihrer Pfarreingesessenen an ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

LIV. König Wilhelm bestätigt das Kloster Lehnin, im Jahre 1252.

Confirmatio omnium honorum monasterii nostri, Wilhelmus rex.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 338.

LV. Bischof Otto von Brandenburg disponirt über die Zehnthebung des Lehniner Klosterdorfs Zehlendorf, im Jahre 1256.

— In eadem villa Cedelendorp priuilegium aliud de decimis Otto Episcopus Brandenburgensis ecclesie dedit Anno 1256.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 332.

LVI. Markgraf Otto gewährt dem Kloster Lehnin das Dorf Jütergoh für seine Besitzungen in Zehden, im Jahre 1258.

Villam Juterjoz cum omnibus suis attinenciis contulit monasterio nostro Otto Marchio, commutando pro illis bonis, que intra Cedene habuimus, Anno 1258.

Altes Verz. Lehniner Urk. — Gercken VII, 328.

LVII. Die Äbte von Pforte, Lehnin und Buch transsumiren eine Bulle des Papstes Gregor IX. vom 11. Januar 1228 über die Nichtberechtigung der Pfarrer von Zuwendungen ihrer Pfarreingesessenen an Cistercienser-Klöster Abzüge zu machen, im Jahre 1260.

Vniuersis cristi fidelibus presentem litteram inspecturis frater A. de Porta, Jo. de Lenin, Wil. de Buch, dicti Abbates, salutem in uero salutari. Vniuersitati uestre thenore presencium notum esse volumus, quod nos anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. apud Citercium in generali capitulo constituti subscriptum priuilegium domini pape non abrafum, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua parte uiciatum uidimus in hec uerba:

Gregorius, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis Abbati Cistercii et vniuersis choabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine seruientibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum ea, que nobis pietatis intuitu offeruntur, quasi totaliter pauperibus cristi cedant, ita quod uobis potius exinde dispensacionis honus incumbat, quam commoditatis usus accrescat, reputandum est non solum inpium set eciam abufiuum aliquid de datis uobis elemofinis aliorum auaricia uel inuidia defalcari. Ex parte siquidem uestra fuit propositum coram nobis, quod, si quando fideles cristi aliqua de bonis suis mobilia seu immobilia deuocionis obtentu in uita sua monasteriis ue-

stris donant, ecclesiarum prelati, quorum parrochiato donantes existunt, super hiis temere se opponant, exigendo exinde certam aliquam porcionem. Volentes igitur super hiis quieti uestre congruo remedio prouidere, auctoritate uobis presencium indulgemus, ut de hiis, que monasteriis uestris taliter offeruntur, nullam cogamini cuiquam soluere porcionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani III<sup>o</sup> Idus Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Vt autem huic priuilegio per regiones exteras fides adhibeatur cercior, presentem litteram sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri.

Aus dem Originale des Geh. Staats-Archives.

**LVIII.** Der Bischof Otto von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin die Zehnthebung in Krielow, im Jahre 1261.

De decimis in Kryle, Otto Episcopus Brandenburgensis totumque capitulum ejusdem ecclesie. Anno 1261.

Altes Verz. Lehn. Urk. — Gercken VII, 340.

Litera Ottonis episcopi Brandenburgensis super donatione villae Cryle et unius mansi nec non decimae villae Celendorf. Anno 1261.

Neueres Verzeichniß Lehniner Urkunden.

**LIX.** Markgraf Otto schenkt mit Zustimmung seiner Söhne Johann, Otto und Albert dem Kloster Lehnin 9 Hufen in Gohltz, am 12. Juni 1262.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Nos Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus Inperpetuum. Sicut dies et tempora indefinenter fluunt et transeunt vices singulas alternando, sic ea, que sub ipsis fiunt temporibus, vigorem memorie facillime perderent et decorem, nisi litterarum et testium examine reciperent munimentum. Nouerint exinde tam presentes quam posteri, quod ob spem pie remuneracionis, Johannis, Ottonis et Alberti filiorum nostrorum adhibito consensu, Ecclesie Leninensi nouem mansos In Goliz cum omni Jure et vtilitate, qua nos possedimus, proprietatis titulo contulimus perpetuo possidendos. Et ne nostra collatio, racionabiliter sic peracta, Inposterum aliquibus scrupulosis questionibus valeat perturbari uel a nostris successoribus aliquatinus Immutari, Dicte Ecclesie Leninensi presentes nostras litteras, sigilli nostri munimine solidatas, In Euidens testimonium et Robur validum duximus erogandas. Testes huius sunt: Dominus Burchardus de Barebuy, Gheuehardus de Aluensleue, Conradus de Osterburch, Johannes de Crakowe, Bertoldus de Stendal noster coquinarius, Nicholaus de kerbzowe (sic) et alii quam plures. Datum Brande-